

**TABULA HONORIS**

*ad*  
Thalamum

*VIRI*

*PER EXIMII, ATQUE GLORIOSISSIMI,*

*DN.*

**M. MICHAELIS SCHIRMERI,**

Gymnasii Freibergensis ConRectoris

*dignissimi,*

**SPONSI,**

*&*  
**SPONSÆ,**

*VIRGINIS*

*LECTISSIMÆ, AC PUDICISSIMÆ*

**ANNÆ MAGDALENÆ**

*VIRI*

*AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI ATQUE EXPERIENTISSIMI,*

**DN. JOHANNIS CASPARIS HORNII,**

Philosophiæ & Medicinæ Doctoris celeberrimi, Physici

Freibergensis ordinarii primarii vigilantissimi,

Practici felicissimi, &c.

**Filiæ dilectissimæ,**

*appensa & picta*

**C. C. C.**

*Die Nuptiarum 26. Novembris.*

*Anno M. DC. LXI.*

DRESDÆ, Typis Melchioris Bergen.

94.

**N**Ade bonis avibus: Sociorum concio nota  
Olim acclamabat, cum Tu SCHIR MERE  
parares

Rursus Lipsiacas Musas inviser. Votis  
Unanimis respondit abunde eventus. Et ecce:  
Vix ingressus eras celebrandæ Lipsidos urbem,  
Eusebie reverenda venit, vultuq; benigno  
Excipit, & sanctos conatus laudat ubiq;.  
Huic ego, dicebat, mysteria dia recludam  
Singula, quæ paucis data sunt cognoscere noscat  
Ante alias, verâ mentem pietate calentem  
Ornabo variis virtutibus: ore diserto,  
Robustoq; æstro convertere nescia veri  
Pectora condiscat: quæ sunt contraria veræ  
Doctrinæ poterit doctis convincere verbis.  
Et quæcunq; petit verus pietatis amator,  
Omnia, crede mihi, noster novis advena habeto.  
Hoc petit, hoc urget, hoc exigit igneus ardor,  
Quototies nostros sanctos ambivit amores.

Hæc ubi dicta dedit, Sophie quoq; læta favorem  
Explicat his verbis: SALVE SCHIR MERE POLITE!  
SALVE NOSTER AMOR! SUBOLESS VAVISSIMA SALVE!  
Exoptatus ades nobis repetendo priores  
Ingenii lusus: nunc pristina munia Docti  
Aggredere, & multos Musarum arcana doceto.  
Scimus adhuc, altaq; manebit mente reposum,  
Olim quis fueris, quanto fervore solebas

No.

146.

Nocturna versare manu, versare diurna  
Ardua scripta Sophum, meruit labor improbus

Perpetuas laudes, & nomina clara Magistri.  
Collectos igitur thesauros mente fideli  
Omnibus instilla, qvos nunc concredere curae  
Quæro Tuæ, sic nostra virebit gloria per Te,  
Ethonor atq; Tuum nomen laudesq; manebunt.

Vix hæc jussa dedit Sophie, SCHIRMERUS alacri  
Aggreditur nisi mandato munere fungi.  
Mox aderat populosa cohors, studiosa juventus,  
Atq; avidè expectant variarum dogmata rerum.  
Fama loquax hinc inde serit, qvod dexteritate  
Miranda valeat mentem formare juvenæ,  
Pectoraq; indomitæ cicurare ferocia turbæ.

Audiit hæc Freiberga potens, Freiberga, ubi Terræ  
Viscera parturiunt aurum, locuplesq; metallum  
Vena vomit, Natale solum, sic ore locutum est:  
Hic meus ante fuit, meus est, meus usq; manebit,  
Non peregrina Sibi dona hæc indebita tellus  
Sumat: at esto meus. Qvare SCHIRMERE venito,  
Jam commissa Tibi Patrii sit cura secunda  
Gymnasi, promptum fidumq; in munere Temet  
Præsta, mox aliam meditor Tibi tradere Spartam.

Vade bonis avibus: Sociorum concio nota  
Rursus clamabat, patulas tangebat ut aures  
Hæcfania, atq; infit: Lectissima portionostris

Cœ

Coetus, depositas Funcci nunc arripe fasces, Book I  
Et contendere simul patrii moderare Lycei sub A  
Sceptra, Tuis veniat coeptis benedictio sancta,  
Nec labor in Domino factus Tibi cedat inanis.  
Hisce pii nostris precibus pia Numinia rursus  
Per faciles aures, atq; ex optata dederunt  
Præmia, SCHIRMERI celebrantur ubiq; labores.  
Larga seges Juvenum, qui Te Ductore profectus  
Egregios fecere, satis firmare valebunt,  
Quas canimus, laudes. Ipsi Patres venerandi A  
Illustris Patriæ tanto de pignore gaudent,  
Et laudant laudanda Tuæ molimina mentis.  
Hinc nisi fallacis fallit sententia famæ,  
Clarius & melior Tibi functio nempe dicata est.  
Ne quoq; deficiat, quod pos sit pellere curas  
Carnivoras, corpus lassatum reddere lætum,  
Patria dat Sponsam nulli virtute secundam,  
Quæ Tua sit conjux, quæ sit medicina dolori M  
Omni, quem pariet moles immensa laborum.

Vade bonis avibus, Socialia Sacra celebra:  
Nunc iterum acclamat Sociorum concionata.  
Nos, thalamo casto, læti gratiamur, ut absit  
Tristis Eris; sed Eros tædas accendat, & illas  
Ventilet, ut nunquam careant ardore benigno.  
Sic tandem feros vestris cernatis ocellis  
Natorum Natos, & qui nascentur ab illis.



# TABULA HONORIS

Thalamum <sup>ad</sup>

PER EXIMII, ATQ[UE] D

# M. MICHAELI

Gymnasii Freiberg

digniss

**SPO**

**SPO**

*VIRG*

LECTISSIMÆ, AC

# ANNAE MA

VIR

AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI

# DN. JOHANNIS CA

Philosophiæ & Medicinæ Do

Freibergensis ordinarii p

Practici felici

# Filiæ dilec

*appensa* &

# C. C

*Die Nuptiarum* *et*  
*Anno M. L*

DRESDAE, Typis M

